AG. HIST. MUS.
LEIDEN
INV. No. 5028
73 B HS
Mus 7
AHM8

Album amicorum von
Samuel Haliday 1706
aus Irland
[illegible] te Leiden,
Utrecht, [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible], Zürich, Genf
[illegible], [illegible],

Enthält viele Eintragungen von Schweizern
Zürich, Basel, Bern etc

2

verhegude C
Haliday passa
Scientiæ, virtu
prædicum

96 Cents

3

Album Amicorum
Samuel Hali

Flaugleinami
Ulrich Bra
Zürich an. [illegible]

Pergamen, W

Enthält viele Eintrag

Zürich, Basel, [illegible]

יי אורי וישעי ממי אירא:

Symbolum hoc suum

commendavit memoriae

Doctiss. D. Samuelis Galdsi, Hebraei,

suum amicus testatur,

cum precibus ad Deum de votis pro

multâ salute,

Ultraj. 19 Maji
A. 1706.

Melchior Leydekker.
S.S. Th. D. et P.

Τὶμ ὅλος ἔρχεσμαι ἀγαπεῶν με διατέλει
ἐς παύσομαι φιλεῶν.

Neocomi

luce 27a sept.
1707

Pauca hæc Dno d.
possessori litteratissimo
nec non omni virtutum
genere instructissimo
in sui memoriam reliquit
Franc. Duplessis Gallus
Divini verbi præco

13.

Amor Christianus nullis locorum intervallis abrumpitur.

Discedenti Viro Praestantissimo Verbi divini Ministro Doctissimo non sine moerore apposuit Antonius Leger Eccl. Genevensis Pastor et Philos. Professor.

a. d. 30 Maii anni aerae Christianae 1708. Genevae

Ἡμῶν πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει

Ornatissimo juveni SAMUELI HALIDAEO
Hiberno ad confirmanda studia Theologica
peregrinanti et Academiam Trajectinam
invisenti amico hoc Apostoli dicto sui
memoriam commendat

Henricus Pontanus SS. Th. D.
Ejusdem et Historiae Ecclesiasti-
cae professor Ordinarius.

Trajecti Batavorum
d. XIX Maii
cIɔIɔCCVI.

ישעי קרן יי

Non est mortale quod opto!

peregrinandu[m] ut apes non ut araneae.

Tiguri d. 18 Jul: 1707

Perexímo atq; Litera-tissimo possessori, felicissimu[m] in patriam reditu[m] cum voto calidissimo omnigena Ευεξιας, memoriam et officia obsignare

Voluit:
Antonius Klinglerus
S.S. Theol: Doctor et
Antistes Tigurin.

Sors mea dextra Dei, Sors ergo nulla nocebit.
Seu bona seu mala sit, Sors mea dextra Dei.

Tiguri 5.° Julii
1707.

Praestantissimo atq. Doctissimo
Domino possessori hisce paucis
Sui memoriam commendat

Henricus Escherus
Reipl. Tigurinae Consul

من يعمر يلق في نفسه ما يتمناه لا عدايه

Qui diu vivit, talia invenit in se ipso quae nollet optare pessimis inimicis suis.

Hoc dicto Arabum memoriam sui commendatam vult Eruditissimo Juveni Samueli Halidaeo Hadrianus Relandus. Phil. Doct. & Lingg. Oriental. in Acad. Traject. Prof. ord.

CIƆIƆCCVI.

Φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ
ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

Praestantissimo Halidaeo, Auditori
suo exoptatissimo, prospera quaeque
precatus adscripsit

Johannes à Marck,
Theol. Dr. hujusq̃ & Hist. Eccl.
Professor, ac V. D. M.

Lugd. Batav.
a. d. XI. Jul.
1700.

In necessarijs Unitas.
In non necessarijs Libertas
In omnibus Prudentia et Charitas.

Praestantissimo Juveni, Samueli Halidaeo, Hiberno, auditori mihi charissimo, imo quem filij loco dilexi, cum omnigena felicitatis voto, haec adscripsi

Herm: Witsius.

In praedio prope
Leidam. Prid: Kal. Sept.
MDCCVI.

Εἰρήνην διώκετε. Hebr. XII. 14.

Συγχωρήσωμέν τι μικρόν, ἵνα μεῖζον ἀντιλάβωμεν τὴν ὁμόνοιαν. Gregor. Nazianz.

Hisce, Viro eximio ac praestantiss° Dno Samueli Halidaeo, cujus familiaritate, per aliquot menses, non sine singulari voluptate usus sum, & cui, magno cumplausu, Coetus noster Ecclesiasticus, me ministr. manus imposuit, pacis studium meique memoriam commendo

Scribo Genevae III. Kal. Jun. An. Aer. Christ. Vulg. MDCCIIX.

Joh. Alphonsus Turrettinus, Eccl. Genev. Pastor, S. Theol. & Hist. Eccl. Profes., Acad. p. t. Rector

20.

Est aliquid quo tendis et in quod dirigis arcum.

Hunc prudentiae canonem optimo viro juveni in aeternum amicitiae monumentum lubens apposuit.

Salomon van Til.
S. S. Th. doctor, ejusdemque facultatis in academia Lugduno Batava Professor.

ipsis calendis Septembr.
A. MDCCVI.

Ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ.

Praestantissimo domino Samueli
Hasideo, auditori suo Charissimo,
cum omnigenae felicitatis voto,
haec adscripsit

Franc. Fabricius,
S.S. Theol. doctor,
ejusdemq. facultatis in Academiâ
Lugdunô Batavâ Professor, et V.D.M.

Lugd. Bat.
a.d. 2 Septembr.
ao: 1706.

Quaesita discamus, nondum inventa quaeramus.

Viro Praestantissimo, Sam. Halidaeo
hanc suae voluntatis & existimati-
onis tesseram libens dedit

Jac. Perizonius.

Lugduni in Batavis
prid. Kal. Sept.
CIↃ IↃCCVI.

משך חכמה מפנינים

Præstantissimo atq; Doctissimo
Domino Halidæo Hyberno felicissi-
mam peregrinationem literariam
apprecari atq; hocce affectus bene-
volentissimi monumentum relin-
quere voluit

Samuel Leemannus
V. D. M. et S. Theol.
Profess.

Bernæ Helvet.
d. 10. Aug.
CIↃ IↃCC VII.

יי׳ משגב לדך

Durum sed levius fit patientiâ, quod
corrigere est nefas.

His paucis Eruditione
et Virtute clarissimo
Domino D. Sam. Halidæo,
quem in transitu vidisse
honori duco, amicitiam assigna-
re et comendare volui

Berna d. 9. Aug.
A°. 1707.

J. R. Rodolf S. Theol. Prof.
apud Bernenses.

Pietate et Justitia

Lugd. Bat.
1 Sept. 1706.

Praestantissimo Dno
Possessori
sua
scribere voluit
P. R. Vitriarius,
JCtus Antecessor.

Hilar. L. 2. ad Constantium.

Dum in verbis pugna est, dum in novitatibus quaestio est, dum de ambiguis occasio est, dum de auctoribus querela est, dum de studiis certamen est, dum alter alteri anathema esse coepit, prope jam nemo Christi est.

Heidelbergae d. 5 Octobr. 1706.

Haec, nostris temporibq apprime convenientia, memoriae ergo apposuit

L. C. Miegius.

Rom. XII. v. 21.

Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ. ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

Viro admodum Reverendo, Ingenii, eruditionis et humanitatis laudibus nobilissimo sui memoriam comendat

Joh. Casp. Wolphius. S. Th. Prof. et Collegii Carol. Praepositus.

Tig. d. 29 Jul. 1707.

Pietas homini tutissima virtus.

Heidelbergæ 7. Octob. 1706.

Præstantissimo Viro, cum omnigenæ felicitatis voto, hæc scripsit
Joannes Jacobus Vitriarius.

Οὐ τοῦ θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος
ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ :—

Dominiss. d. Possessori feli-
cia fausta qq. precatus ex animo,
hisq. se g. commendat affectum

Basileae Cal. Iulii
MDCCVII.

Joh. Rodolfus Wetstein
S. Th. D. N. T. Prof. Ord. Transcripsit

Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγετε πάντες, καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ.

Rogatus à Rev: D.no Halidæo Hiberno, quem tum propriæ virtutes, tum Clarissimus Werenfelsius pacisq Ecclesiasticæ studiosissimus, mihi commendarunt, ut meum nomen huic Albo inscriberem, hoc monitum Apostolicum adscripsi, quo singularem quam de illo existimationem concepi, simulq cordis mei εὐδοκίαν, καὶ δέησιν πρὸς τὸν θεόν, pro Ecclesiis Magnæ Britanniæ & Hiberniæ, declararem. Neocomi prid: Cal: Oct. anno 1707.

J F Ostervaldius, Eccles. Neoc: Pastor.

Minus litium inter Christianos esset,

Si scirent ponderare precium pacis, et precium rerum sive verborum, de quibus litigant.

Basileæ 8 Julii 1707.

Eximio et eruditissimo possessori ita amicitiam obsignat faustaq precatur

Samuel Werenfelsius Basil. S. Th. Doct. Prof. Facult. h. t. Decanus.

Ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος. Jacob. III. 17.

Superna huius Sapientiæ et inter omnes Christianos exoptandæ cultori Rev. D. Halidæo Hiberno, magnam quam de eo concepi existimationem testaturus nomen meum hic apposui

Lausannæ 9 7bris Anno 1707

Gabriel Bergerius Ecclesiæ Lausan. Pastor.

Veritatem Philosophia quærit, Theologia invenit, Religio possidet.

Basileæ 1. Jul. 1707.

Literatissimo Dn. Possessori, ~~[illegible]~~ á nobis discedenti faustissimum Iter, et suo tempore in Patriam reditum animitus precatur

Joh. Rodolfus Zuingerus, S. Th. D. et Prof. Ecclesiæ Basil. Antistes.

Sorte contentus meliora spero

Hæc præstantissimo, & omni-
laudum genere florentissimo
juveni viro ad magna adsurgenti
in æternum sui tenerrimi affectus
περ μνημοσύνον apposuit.
B. Pictetus Eccl. Gen.
Past. & SS. Theol.
Professor

Per angusta ad augusta

Basileæ die 8 Julii
anno 1707

hæc præstantissimo atq; doctissimo
domino possessori hujus libri
ad testandam veram amicitiam
omniaq; fausta apprecandum
apposuit
Fridericus Meinradus de Planta
de Wildenberg

Inter apophthegmata celebriora Ebraeorum occurrunt haec duo,

1. Doctoratum odio habeto.

Vel magisterium; q. d. Magistri aut doctoris titulum ne ambito; imo ne accipito, etiamsi offeratur; credebant enim communiter tales titulos, ut plurimum alere fastum, et contemptum aliorum. Hinc prudentiores inter illos, ab his titulis abhorrebant, suis contenti nominibus. Quo videtur etiam Christus respicere, in illo de Pharisaeis: amant vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi. Vos autem ne vocemini Rabbi, unus enim est Doctor vester, nempe Christus, Matth. 23. 7.

II. Qui non addit, amittit.

Id est, qui non procedit in studiis, id quod didicit, cito amittit.

Duplici hocce Ebraeorum adagio, peregrinum et literatum dominum Samuelem Halidayum Hibernum, notis omnibus commendationis [illegible] inter nos tempore, clarissimum, divinae protectioni ad feliciter aggrediendam et absolvendam peregrinationem literariam submisse commendat, faustaque ex animo eidem precatus

Basileae 23 Julii M. D. CC XVII.

Fridericus Seylerus, Past. Petri.

Sui cuique mores fingunt fortunam.

Præstantissimo Dno Halidæo, amico æstimatissimo, dignam istis moribus, istâque eruditione fortunam apprecatur, suæque amicitiæ hanc tesseram dat

J. Jac. Battierius, Jc. Instit. & J. Publ. ap. Basil. Prof. ordin.

Basileæ d. 2. Julii CIↃIↃCCVII.

Uni bono probari malo, quam multis malis.

Pauca haec

Praestantissimo, atque in omni virtutis genere versatissimo Dno Possessori, in aeternam sui memoriam opponere voluit

dabam Basil. 7. die mensis julij 1701.

Fridericus Carolus de Breittenlandenberg Nobilis Alsatus.

pagina surgit

amicus.

Ex virtute Nobilitas, ex vitio fit Vanitas.

In honorem
Praestantissimi atque Doctissimi
Dni Possessoris, pauca haec ad aeter-
num Memoriae Monumentum adscri-
bere voluit.
Johannes Christophorus de Ellrichs-
hausen. Eques Franconicus. manu pr.

Basileae die 7.
Mensis Julij
1707.

Psalm. 73.

בעצתך תנחני ואחר כבוד תקחני׃

Tig. XI. Aug. 1707.

Rever. et Doctiss. D. Possessori,
Eruditionis et moru̅ sanctitatis nomine
commendatissimo, sui memoriam
commendat, et animum ad quaevis
officia paratissimu̅ [illegible] obsignat,
Joh. Jacobus Hottingerus, SS. Th. Prof.

Quod natura parit, polit ars et perficit usus,
Natura, ars, usus, quàm bene juncta trias.

Hisce Praestantissimo et literatissimo Domino Possessori memoriam sui relinquere voluit

d. 4 Julij 1707.

Emanuel Zaslinus. Bas.
Ph. et Med. D. Rhet. Pr.

Ἑκὼν σεαυτὸν τῇ Κλωθοῖ συνεπιδίδου, παρέχων
συννῆσαι, οἷς τισί ποτε πράγμασι βούλεται.
Antonin. Imp. l. IV.

Symbolum istud amoris, quo Doctissimum
et omnibus Virtutum ornamentis decoratū
Dom. Samuelem Halidæum, se ad abitum
ex Rauracis comparantem, perpetim prose-
quetur, ponit simulq; omnia felicia
precatur

Basileæ IV. Non. Jul.
MDCCVII.

Samuel Battierius. Ph. et M.D.
Gr. Ling. Prof. P.

יראת יהוה ראשית דעת

Juveni ingenii acumine, judicii acrimonia
eruditionis copia florentissimo fausta
quævis et felicia ex animo apprecatur, simulq
meliorem sui memoriam comendat

Basil. d. 5. Julii
1707

Johannes Buxtorfius trium
Buxtorfiorum in Profess. Ling.
Sanctæ Successor

Γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.

Ita Iuveni eruditionis eximiæ cum
felicissimo ingenio, judicio exactissimo,
ac moribus suavissimis conjunctæ
sui memoriam obsignabat, qui Virtu-
tis ejus contractæq; cum ipso amicitiæ
memoriam nonnisi cum vita est depositurus

Basileæ 5. Non. Jul.
1706.

Iac. Christophorus Iselius Hist. in
Acad. Bas. Pr. Ord.

Più presto voi lasciarete di eßer
gentile et galanthuomo, ch'io
di eßer quel ch'io sono, cioè
tutto vostro.

Julio Schenauer

Basilea 6 Giugn.
1707.

Nulla Sapientia, quam in Deum credere, et juxta revelatam ejus Sapientiam piè vivere, reliqua omnia VANA.

Praestantiss. atq Literatissimo Domino Possessori cum omnigena prosperitatis voto, memoria ergo apposuit

Basileae 2 Julii 1707.

Alexander Wollebius Pastor ad S. Martin.

Ad Rom. 12.

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominib, pacem habentes.

Marc. 9.

Pacem habete inter vos.

Hæc, Dilectissimo Amico et omnibus virtutibus ornato D. Halcdaeo. in sui memoriam scripsit

Jacobus Chenaud D. M.

Genevæ die 27. Mensis Maii 1708.

Anchora quod nautis, hoc mihi Christus erit.

Hæc pauca Scripsit in honorem & amicitiæ Signum, doctissimi et sapientissimi Domini Possessoris Basileâ discedentis, lugens

B. Franconius, Genevensis Ecclesiæ Basileensis Gallicanæ Pastor.

סוד יהוה ליראיו ובריתו
להודיעם׃

Doctissimo & Amicissimo suo
D. Samueli Halidaeo
memor. sui commendat

Basil. d. 25 Julii.
1707.

Fridericus Battierius. Pastor
ad D. Albanum.

Ἀληθεύειν ἐν Ἀγάπῃ.

Bernæ 19. Aug.
Anni Gregor. 1707.

Hocce Apostoli monitum
ceu fraternæ Amicitiæ Mo-
numentum Praestantissimo
possessori relinquere voluit
F. Malacrida V.D.M.
et Gr. Ling. ut et Ethices
Christianæ Prof. Publ.

La virtù fà Nobile.

Basilea gli 8 giuglio 1707.

Al M.to Ill.re e M.to R.do Sig.r Halideo augura di tutto cuore ogni bramata contentezza

C. G. Diethegano de Salis

La sapienza costa sudori.

Al Dottiss.mo e Riverentiss.mo Sig.re Halideo soggionse questo

Basilea li 8. Giuglio

Gioanni de Salis

M. Antonin. Lib. IV. S. 17.

Ἕως ζῇς, ἕως ἔξεστιν ἀγαθὸς γίνου.

Viro Reverendo atq; Eruditissimo D. D. Sam. Halidaeo, Hiberno, cum Εὐζωίας calentissimo voto, hoc aestimij et amoris perennantis signum apposuit.

Tiguri ad diem 30. Julij 1707.

Jos. Werdmullerus
Archidiaconus

Fide firma, spe viva, patientia invicta, charitate
non ficta Christum possidemus, Coelum intuemur,
Satanam et mundum calcamus, fratribus servimus,
et sic tendimus in patriam, πληροφορίᾳ
καὶ μακροθυμίᾳ

Tiguri.
30. Jul. 1707.

Symbolum suavissimum magni Bogermanni
praesidis Synodi Dordracenae Albo
Amicorum magni nostri Breitingeri,
ejusdem Synodi membri desideratissimi,
ascriptum ascribit Albi hujus possessori
alma in perennantem sui memoriam

Wilhelmus Hofmeisterus
Templi Cathedralis
Archidiaconus.

Hoc age.

Symb:
Promtè et Sincerè.

Bernæ 18 Augusti 1707.

Amicissimum, Doctissimumque,
pietate, candore, omnibusque
virtutibus conspicuum, virum,
dominum possessorem, memo=
riam sui, hocce dicto, commen
datam rogat, Cum voto —
omnigenæ prosperitatis
J. J. Mayor SS. Theol: Cult:
Albonensis. in Agro Bernensi

Omnia prætereunt præter amare Deum.

His paucis memoriam sui comenda=
tam vult doctissimo Dno Sa
mueli Halidæo Joh: Mar=
ting Peyerg. Ph. St. Scaph. Hel
vetius.

Trajecti Batavorum
D. XX Maji CIↃCIↃCCVI.

Psalm. LXI. v. 6.

יחלתי יהוה יְרֻשַּׁת יראי שמך

His pauculis verbis sui memoriam
Ornatissimo ac verè Χριστιανῶς φρονοῦντι
Juveni Domino Holyday, commendare
voluit J. A. Ruschat V. D. M.

Bernæ Helvetiorum die Sabbathi 20. Augusti 1707.

Servire Deo regnare est.

Symb.
prudenter et
sincerè.

Hisce paucis Doct.mo Dño
possessori sui memoriam
commendat
Joh: Conr: Escherus Reip: Tig:
Senator et Mag: Equit:

Tigur: d. 2 Aug.
1707.

ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας κ' εἰρηνεύετε
ἐν ἀλλήλοις Marc: 9. 50.

Haec paucis Doctiss.o D.no Possessori
memoriam sui comendat

Bernae d. 21 Aug. 1707. C. S. Haller V. D. M. SS. Thliae Cat.
et Linguae Professor.

Tàm olij quàm negotij rationem reddes.

Præstantissimo atq; litteratissimo
Domino Possessori paucis hisce
memoriam consignare voluit

CIↃIↃCCVII d. 15 Aug.

Joh. Jacob. Fasnacht[?]
Merc. Bernæ

Vita summa brevis spem vetat inchoare longam.
Horat.

Symb.
pacem cole et benedictus eris.

Bernæ 15. Augusti.
1707.

Reverendo atq; Doctissimo Dno
Possessori in singularis ami-
citiæ monumentum perpetuum
hoc apposuit.

J. frid. Benoit. V. D. M. philos.
theoret. prof. et p. t. Rector.

Absq; Uno omnia nihil.

Basileæ VI Cal. Junii CIƆ IƆ CC VII.

Eximia Eruditione, Morumq; Suavitate Ornatissimo Dn. Possessori Amico suo exoptatissimo paucis hisce memoriam sui cum voto omnigenæ prosperitatis, commendare voluit, debuit.

Jacobus Hermannus.
Mat. Prof.

Nihil in rebus humanis verè magnum,
nisi animus magna despiciens.

Symb.
Vincam Patiendo!

Passando il malo,
Sperando il bene,
Il tempo passa,
La morte viene!

Hæc pauca R.do et Doctissimo Viro,
Dn. HALIDÆO, Amico æsti-
matiss.o in sui memoriam,
quam nunquam intermori-
turam sperat, cum voto
UT OMNIA FELICITER!
adscribere hic voluit
VINCENTIUS PARAVICINUS,
Gymn. Basil. Conrector.

Studeamus, nos ipsos, potius quàm fortunam vincere, & cupiditates proprias quàm ordinem mundi mutare.

Hæc. Doctiss. Suavissimoque Amico, ~~Fratrique~~ Suo conjunctissimo, Scripsit Basileæ; die VI. Julii MDCC.VII.

Paulus Reboletus. Eccl. Gal. Past. ord.

מבקשי יהוה יבינו כל

Quærentes Jehovam intelligent omnia. Prov. 28.

Tiguri die 20 Julij
A: 1707.

Hisce Viro Juveni, rarâ eruditione, maximaq morum elegantia
conspicuo; Amico et Fratri suo
suavissimo, cum voto felicissimæ peregrinationis, consummataq beatitudinis, memoriâ
sui commendat

David Holtzhalbius
Theol. Bibl. et Eloq. P.P.

Si, nisi qui fatui meruit suffragia vulgi,
Nemo probatus erit, nemo probatus erit.

Eruditissimo D. Possessori
prospera quaeq. coelitus ap-
precor

Gotthardus Heideggerus
Colleg. Abbat. Inspector.
Tig. postrid. Cal. Aug. 1707.

Philipp. I. 21.

ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός· καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

Coloss. II. 3.

ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πάντες θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ
γνώσεως ἀπόκρυφα.

Vita mihi Christus, mea Lux et meta laborum.
Dux. Comes ac requies, Jesus amorq; meus.
Jovæ Ter Sancti virtus et vivida imago
nos Jovæ associans, perpetuoq; beans.

Tiguri
Ipsis Augusti calendis.
1707.

μνημοσύνου hisce
Honoratissimo Dño Possessori,
literarũ, virtutumq; claritate
perquã fulgido, Reverendo affectuo
[illegible] intimat, eiusq; enixius omni
genæ Felicitati vovet commendat
Joh. Rodolph. Labat [illegible]

Cicero.

Virtutem necessariò Gloria, etiamsi Tu id non agas, consequitur.

Tiguri, IV. Cal. Aug.
MDCCVII.

Symb.

משלי כ״ג כ״ג
קנה אמת ואל תמכור

Unde Viro Eruditione rara conspicuo, et Christianæ Virtutis sectatori integerrimo, Nobilissimo DN. Possessori, summum honoris fastigium famæqꝫ perennis, unà cum Divinæ Gratiæ apprecatione suiqꝫ commendatione, ominatur

Joh. Rodolf. Cramerus, Ling. S. atqꝫ Hist. in Sch. Tig. P.P.

Unum necessarium.

Tiguri d: 1: Aug:
1707.

Hisce paucis memoriam sui
comendare voluit. Viro Rev:
atq Doctissimo Domino
Samueli Halidæo
Petrus Zellerus. Eccl: Albat
minister.

Vis nihil timere? Time Deum.

Pauca haec Rev. Praestantiss.^o ac Doctissimo Domino Possessori cum devoto exoptatae εὐοδίας καὶ εὐτυχίας voto apponere non voluit non.

Tiguri die 1. Aug: 1707

J.H. Huldricus.
Eccl. Abbat. Diaconus.

Hippocr. Aphor. II. 51.

Πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον.

Paucula haec, in initae cum Praeximio D^no Possessore, suavissimae Amicitiae sempiternum monumentum, cum omnigenae prosperitatis voto —
Apponere voluit
Franciscus Platerus M^d.
et Medicus Basileensis.

Etsi absens, tamen ut sis præsens, precor.

Basileæ d: 7: Julij Año 1707.

Pauca hæc Nobil. atque Doctissimo Dño Possessori apponere voluit ac debuit.

Claudius Passavant.
Med: et Chir: Doctor.

Virtutis via nulli est invia.

Symb.
Cuncta suo tempore.

Tig. d. 20. Julij
A°. 1707.

Pauca hæc præstantissimo atque doctissimo Dño. Possessori Dño. ~~[illegible]~~ Halidæo apponere, suique memoriam relinquere, benevolentiam suam obsignare voluit manu sua

Conradus Wirz
Eccl. Carolinæ Diaconus.

= Non est mortale quod opto

Basileæ Julii 8° 1707

Doctissimo D. Sam. Halidæo suo cui omnia fausta et prospera vehementer exoptat, posuit J. Thomasius Anglus

Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία

Amico suo charissimo Samueli Halidæo

Gulielmus Arthur

bene agere

ps: 7: v: 11.

מגני על אלהים משיע ישרי לב

Hisce à Doctissimo Domino
Possessore perpetuam sui memoriam
stipulari voluit.

Christophorus Gesnerus
v. D. M. Cd x. Lig: 1 Aug: 1707.

أَشَرُّ ٱلنَّاسِ ٱلْعَالِمُ لَا يَنْتَفِعُ بِعِلْمِهِ

Pessimus hominum est Sapiens, qui
non prodest Sapientiā suā.

Basileæ 8 Julij.
Ao. 1707.

Vale in æternum, Doctissime, Amicis-
sime Dn: Halidæ, atq hæc pauca
in tesseram accipe amicitiæ, memo-
riæ, nunquam intermoriturae

Sui Sincerissimi

N. G. Splitthury.
Cotheniensis Anhaltinus

חייב אדם לומר האמת ואין יירא משום אדם

Unumquemq veritatem loqui opportet, neque sibi metuere a quocunq.

Sapientissimorum totius Orientis Virorũ hoc monitum Reverendo ac Amicissimo Possessori in perpetui affectus ejusq flagrantissimi signum apponere voluit debuit.

J. Henricus Hirzelius. L. O. prof.
Tiguri a.d. 3 Julij st. v. 1707.

Ecco! Il temer Iddio è Sapienza e ritirarsi dal Male è prudenza.

Al Reveritiss.mo Sig.r Halideo Amico suo Oss.mo prega dal Cielo ogni prosperità che può desiderare il cuore.

Basilea li 8 Luglio 1707

Mauritio Zeller.

Nemo sine Vitiis nascitur: Optimus ille est,
qui minimis urgetur. Horat.

Praestantissimo atque literatissimo
domino possessori pauci hisce,
sui memoriam com̄endare cum
Voto omnigenae prosperitatis
voluit
Joh. Henricus Frisius
diaconus Eccl. petrinae.

Tiguri 1. Augusti.
1707.

Quò gratia Dei, eodem & favor hominum inclinat.

Reverendo & Literatissimo
Do Samueli Halidaeo
Charissimo
Hospiti Hospes
cum voto vere pacis omnisq
prosperitatis adposui

Tiguri Calend. Aug.
Ao
DoMIne ConserVa nos
In paCe.

Joh: Baptista Ottius
Diac. Eccl. Carol.

Juvenescimus ut Senescamus,
Senescimus ut Juvenascamus,
Florescimus ut arescamus,
Arescimus ut florescamus.
Vivimus ut Moriamur
Morimur ut Vivamus.

Ingenii Dexteritate, Judicii felicitate,
Eruditionis Varietate, morumq suavitate
Praestantissimo, & Cultissimo
Viro, D. Samueli Halideo, Amico
suo haud è multis, suavissimo,
amicitiam contestatur, sinque
benevolam memoriam commendat,

Tiguri d. 31.
Jul. 1707.

Joh. Jacobus Hottingerus.
Fil. V. D. M.

2 Corinth: VI.

ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει Θεοῦ. διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας
διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς.

Tiguri die 3 Augusti
CIↃIↃCCVII.

Hisce Praestantissimo atque Eruditissimo
Dno Samueli Halidaeo. SS Scripturarum & Salut-
aris Theologiae cultori sedulo, eximio & perquam
felici, cum omnium τῶν πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν
apprecatione, aeternum affectum obsignare
suique memoriam commendare voluit
debuit.

Johannes Nabholzius Eccles. Refor:
gynopediana Minister.

Marc. IX. 50.

Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ΑΛΑΣ, καὶ εἰρηνεύετε ἐν
ἀλλήλοις.

In Jesu Honor.

Tiguri. 4. Nonarum
Augusti. 1707.

Eximia pietate, singulari eruditione,
et morum probatissima suavitate prae-
cellenti Viro, Dn. Samueli HALIDaeo,
egregium hoc summae Sapientiae monitum
juxta perennantem sui memoriam commen-
dare; peregrinationem simul laetam et fe-
licem, et divinae benedictionis fluenta uber-
rima apprecari voluit

Joh. Jacobus Huldricus, J. C. in
aede Oetenbac. Servus.

Omnia conando docilis solertia vincit.

Pauca Haece Reverendo Domino possessori Amico suo intimo Amicitiæ ergò apponere voluit, debuit.

Tiguri d: 4. August: 1707.

Casparus Uerig Mr.

Hic murus aheneus esto, nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Symb.
Nil frustra.

Aurea hæc verba Viro pl. reverendo Literatiss. D. Halid. in perpetuum amicitiæ vinculum adjicere voluit.

Theod. Zuing.
SS. Theol. Stud.
A° 1707.

Male habendo, benè sperando ævum
transigimus. Seneca

Viro Juveni pereximio ac Clarissimo
D. D. Samueli Halidæo Hyberno
Hæc pauca adscripsit & omnia
fausta, Deumque Vitalem, propitium
apprecatur, ex animo, Lausannæ
9 octobr. 1707.
David Constantius S.S. Theol:
Professor.

Omnibus patet veritas, nondum est occupata;
multum ex ea etiam posteris re-
lictum est.

Doctissimo Domino Halidæo, amico ob eruditionem
pietatem, et alias virtutes florentissimo, atque conjunctissimo
fausta omnia, ex intimo corde precatur, atque
sui memoriam commendat. Genevæ die ultima Maij. 1708

J. R. Ostervaldius. Neoc: S. Lit: Cultor

Sic pagina — — jungit amicos

Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὐδὲν ἰσχύει εἰμὴ πίστις δι᾽ ἀγάπης
ἐνεργουμένη

Hæc discedenti Viro Præstantissimo
D.no Halidæo Amico Suavissimo
et in æternum colendo in exiguam
amoris non exigui tesseram
Scribebat
Samuel Turrettinus Genevensis
S. Theol. Studiosus

Genevæ Pridie Kal. Juni.
anno æræ Christianæ Vulg.
MDCCVIII

עיני יהוה אל-צדיקים

Ps. 34. 16.

His paucis memoriam sui
commendatam vult Viro Doctissimo
et Praestantissimo, domino
Samueli Halidaeo, cum voto
omnigena prosperitatis.
Genevae Die ultima Maii 1708
Joh. Petrus Cartenius Neocom.
S. Theol. St.

Sanctus Arat Medijs Vndis, Et Limina coeli
Hinc Animo Lustrat, Iugiterq; Deo Ardet In unO.

Bernæ Nuitonum
d. 21 Aug. 1707.

Revd°. omni amore et honore
suscipiendo Dno Possessori
in dulcissimæ cum eo conversaois
μνημόσυνον apposuit
Fr. Lud. Sprünglinus, S.S. Th. St.
Berno-Zofingas.

Ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ.

D. SAMUELI HALIDÆO, S.F.

L.A.M. & V.D.M.

Philosopho, Philologo, Theologo,
ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας
Modesto, Erudito, Pio,
Amico integerrimo,
Post Diuturnam peregrinationem, in
Germania, Helvetia, Sabaudia, Gallia, &c.
ad Belgas reverso,
Atque hinc propediem ad Flandros profecturo,
ut, in Castris Britannicis,
Legatione ὑπὲρ Χριστοῦ fungatur,
Dei O.M. Tutelam, Ductum & Benedictionem
uberrimam, ex animo apprecor

Roterodami, Id: Dec. CIↃ.IↃCCVIII.

Thomas Hoog
Eccl.s Roterod: Scotic.

Delicatus ille est adhûc, cui Patria dulcis est,
Fortis autem jam, cui omne solum Patria est;
Perfectus verò, cui mundus Exilium est.
Hugo de Sanct. Vict.

Symb.
Enitendo spero victoriam.
dabam Bernæ d. XX. Augusti MDCCVII.

Semina, Metes.

Præstantissimo atque Florentissimo Domino
Samuëli Halidæo, fausta quævis apprecatur,
Deum T. O. M. comitem ubique Ei peroptat, maxi-
mé verò Spiritûs Sancti gratiam, quâ coronidem tot
dotibus, quibus rarefulget, imponere possit, ut depositum
sibi comissum fidei, fideliter administratum et asservatum
gaudére possit, verumq itaq Halidai seu diem feriatum
ibi incipere possit, qui pr- incipium habens omni fine erit
cariturus; illos Qui hîc nomen suum obscurissimum apponere
verérêtur, nisi jussus ab amico, est sic quod sibi maxime
gratuletur. ABRAHAMUS de CHAMP-RENAUD Culliacensis et Bienens

Mon fils, Crain Dieu et garde sés commandements; et te garde de tout ce qui est outre ceci: Car il n'y a jamais fin à faire plusieurs livres; et tant d'étude n'est que travail qu'on se donne.

Ecclesiast: XII. v. 14.

Symb.
Jehova Pastor meus.

de Berne le 20. Aout 1707.

Je prie trés-humblement Monsieur Halidéus d'agréer ces deus mots, que je me suis donné l'honeur de méttre ici, pour une petite marque de l'estime que j'ai conçû, pour sa personne et sés bélles qualités, come aussi du respect que j'ai et que j'aurai toujour pour lui, si jamais l'occasion s'en présente; Celui qui se fait gloire de se dire, Monsieur

Vôtre trés-humble et trés-obeïssant serviteur

agé 9 années.

Rodolf-Emanuel Frisching, Bernas.

Dominum quid vita? Cylindrus.

Symb: Florebit Bonus.

Bernæ d. 20. Augusti 1707.

Perexîmio ac Literatissimo Domino Possessori, exoptatam peregrinationem literariam, reditumque in Patriam felicem animitus apprecat. simulque honorem, amicitiam, officia obsignata vult.

Florentius Breitnerus, Biennensis. S. S. Min: Cand:

Monsieur,

Je serai toujours sensible à l'honneur que vous me faites de me permettre de vous assûrer par ces lignes de l'attachement inviolable avec lequel je suis tres respectueusement

Monsieur

Vôtre tres humble & tres obeïssant ser.

Geneve ce 31.e May 1708.

Azémar

Regent

הבל הבלים הבל הבלים
הכל הבל

Symbolum hoc suum commendavit memoriæ Doctissimi Domini S: Haliddæi, simulque rogat ut mutua semper amicitia remaneat invita absentia

J L D Rouillé
Theol: Studiosus.

¿Medio tutissimus ibis!

Tig: d. 2. Aug. 1707.

Reverendo et doctissimo Domino Possessori hoc sui comendationis monumentum posuit:

Joh: Huldricus Gessnerus Tig. V. D. M.

Semita certe

Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ. Juven.

Liceat, Vir eximie, eruditionis virtutumq tuarum veneratori istuc in sui commendationem & memoriam addidisse, ut honore ~~cont~~ gaudeat profitendi se addictiss. tuum

Neocomi 13. Junii anno 1708.

Philippum Le febure Ac. camp. Victoriac.

יְרָא הָאֱלֹהִים וְאֶת מִצְוֹתָיו שְׁמוֹר כִּי זֶה כָּל הָאָדָם.

Pietate ac eruditione conspicuo viro affectum testatur et omnia fausta adprecatur

Symbolum meum est
יהוה יִרְאֶה

Ludovicus Carolus Le Sueur Theol: Stud:

Una Salus servire Deo, sunt Caetera fraudes.

Symb: אבטח ולא
אפחד

Praestantissimo Doctissimoque
Domino possessori
pauca haec φιλίας ἕνεκα,
cum calentissimo felicissimae
ἀποδημίας Academicae voto
apposuit – Rottenburgi. G. J. Herz

Corpore, non animo separamur

Sic Domino Samuëli Halidæo
Verbi Diuini Ministro Præs:
:tantissimo, sibique amicissimo,
profitebatur,

Geneuæ die 30.ª Maii 1708

Michaël Legerus, V. D. Min.

Irreptitijs falsis fratribus, qui clàm fuerant ingressi ad exploran-
dam libertatem nostram, quam habemus in Chrō Jesu, ne minuto quidem
horâ nos subjiciendo cedamus, ut veritas Evangelij apud nos perma-
neat. Gal. II. 4

Quo Apostoli dicto, ceu gladio Spiritus Ornatissimum
& magnæ spei Iuvenem D. Samuelem Haliddium Hi-
bernum in patriam, quam irreptitijs falsis fratribus
Jesuitis scilicet saepe infestam haberi constat, abeuntem ar-
mat

Tiguri. j. Aug. 1707.

Ioan. Fortunatus Perachenes olim
Jesuita, nunc Reformatæ Religionis
Proselytus et Ecclesiæ Oettenbac. Mi-
nister indignus.

Te jure manet quid eximium,

quo memoriam sui servaret
id eruditissimo, politissimo,
et optimo juveni Dno Magistro
Halidajo apposuit observator
perpetuus Dj. du Vernoy
L. L. montbelgard:

Basileæ 8 Junij ann: reparatæ salutis 1707

Avida periculi est virtus, et quò tendat, non quid passura est, cogitat: nam et quod passura est, gloriæ pars est.

Virtute et eruditione elegantissimo
Dnō. POSSESSORI hisce sui
memoriam quam humanissimè
commendat.

Basileæ 8. Junij. 1707.

M. Theodorus Falcisius. Bas. S.S.M.C.

Non ætate, verum ingenio adipiscitur
Sapientia

Hôc Plauti dictô, VIRO Eruditissimo, —
Doctissimo, celeberrimo, pietate & Doctrinâ Nobili, Domino —
D.o possessori & gratum animum, Reverentiamq demonstrare
cupiens, scripsit,

Humillissimus servus

Joh. Jacob. Montandon
Neocomensis, apud Basilienses
S.S. Theol. Studios.

49 C Kv 16
Album Amicorum